HUGO RIPELIN DE ARGENTINA
Salzburg (?), 2. Hälfte 14. Jh. Seite 182r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



illius ignis exequetur sententiam iudicatis. ¶ Inuoluet
n peccatores et trahit in infernum. ¶ Et ita patet quod
ignis ille aduentum iudicis et precedet et comitabitur
et sequetur. ¶ Post predicta fiet innouatio mundi. ¶ Sed
inter purgationem et innouationem multiplex est differentia
¶ Primo quia purgatio erit penalium qualitatum de
tractio. sed innouatio erit pulcrioris forme induitio
¶ Secundo quia purgatio est electorum ab impuritate quam
habent ex commixtione ad puritatem mutatio. ¶ Inno
uatio uero est celorum a statu ueteri in statum nouum com
mutatio. et hec per cessationem a motu. ¶ In celis. n. propter
impermixtionem nulla impuritas est. sed tantum imper
fectio motus. vnde non erit purgatio per ignem. sed cessatio a
motu. Sic autem purgabuntur elementa. quod precidetur ab
igne vis combustibilis. ab aere obscuritas. ab aqua
glacies frigiditas. a terra uero grauitas et opa
citas.

De resurrectione generali.

Deus sicut est potentissimus in constitutione na
turarum ita est clementissimus in collatione gratiarum
et iustissimus in retributione stipendiorum. ¶ Quoniam
igitur homo meruit uel demeruit in anima simul et cor
pore punietur uel premiabitur in utroque vnde in eisdem oportet
eum resurgere. ¶ Ad uocem autem tube resurgent
mortui sicut dicit apostolus. ¶ Duplex autem intelligitur illa
uox. ¶ Secundum. n. quosdam uox uero tube est imperium
xpi. resurgere imperantis. ¶ Secundum alios uox tube est
manifesta xpi apparitio. vnde gregorius. ¶ Tubam sonare
nichil est aliud quam mundo iudicem dei filium
demonstrare. ¶ Resurgent. n. omnes. nulla in eis
existente differentia quantum ad ordinem temporis. sed magna
quantum ad ordinem dignitatis. ¶ Nam mali
surgent deformes et passibiles. ¶ In bonis autem non
seruabitur et uitia detrahuntur. ¶ Omnes uero tam bo
ni quam mali resurgent integri corpore debita